

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Mendacium I cum fonte primo

Aliud est sub incerto hoc uel illud  
opinando sentire, aliud est temere  
affirmare quod nescias.

Est enim qui dubie profert mendacium  
nec mentitur, et est qui ueritatem quam  
nescit affirmat et mentitur. Nam et ille  
non quidem quod non est esse, sed se  
quod credit credere dicit et uerum dicit,  
eciam si hoc uerum non sit quod credit.

Is cum se certum unde certus non est  
dicit, uerum non dicit, eciam si uerum sit  
de quo asserit.

Bernardus super Cantica sermone XVII.

Aliud est enim sub incerto, hoc uel illud  
opinando sentire, aliud temere  
affirmare quod nescias.

Aut ergo loquatur semper Spiritus, quod  
nostri quidem minime arbitrii est; aut  
quando silere placet, hoc ipsum indicet,  
et loquatur saltem suum silentium,  
ne ipsum nobis falso praecire putantes,  
nostrum pro ipso male securi sequamur  
errorem: et si suspendit ambiguo,  
non relinquat mendacio.

Est qui dubie profert mendacium  
nec mentitur, et qui ueritatem quam  
nescit affirmat, et mentitur. Nam et ille,  
non quidem quod non est, esse, sed se  
quod credit, credere dicit, et uerum dicit,  
etiamsi hoc uerum non sit quod credit;  
et  
is, cum se certum unde certus non est  
dicit, uerum non dicit, etiamsi uerum sit  
de quo asserit.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones  
super Cantica canticorum*, 17, 3 (SBO 1,  
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais  
eds., p.100, ll.3-12).